Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26558
Copyright: Admont, Benediktinerstift



98

secularis refrigerat et dilectionem
dei et proximi in mente accendit. Et be
ne post cyprum sequitur nardus. quia non potest
esse bonum opus sine humilitate. post nar
dum vero crocus. quia ubicunque precedit uera
humilitas. necesse est ut sequatur et uera
caritas. Preterea tue emissiones sunt fistu
la et cynamomum. hoc est tales emit
tis quia sunt fistula. i. duri et inflexibiles
a bono proposito. et rubicundi propter
imitationem dominice passionis. Fistu
la enim durum corticem habet et rubicun
dum. idcoque significat duros et inflex
ibiles a bono proposito. et dominicam pas
sionem imitantes ita erunt ut cynamo
mum. i. immaculati. Cynamus est ar
bor quoque et casia uocatur habens duos
cortices exteriorem et interiorem. exterior